



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio XXXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN  
rannica reverentia insibi debitam & amabilem reverentiā redu-  
cit. Non enim est mirū, si claves contemptui fiant, si falsis hono-  
ribus, id est, terroribus tantummodo offerantur suscipiendae. Cum  
cognita earū saluberrima cōmoditate, saxum sit, aut lignū, qui  
nō cum lachrymis eos exosculetur, & amplectatur. Quid ergo  
Pontificem propter eas magnificamus, & hominem terribile  
singimus? Non illius sunt claves, Meę potius sunt, mihi donatę  
meę saluti, meę cōsolationi, paci & quieti concessae. Pontifex  
seruus est & minister meus in clauibus, ipse nō eget illis ut Pon-  
tifex, sed ego. Adulatores uero omnia Pontificibus inflectunt,  
non nostram consolationem, sed illorum tantummodo potentiam  
in illis iactitant, & per ea ipsa nos terrent, per quę nos maxi-  
me oportuit consolari, adeo sunt hodie omnia peruersa. Et ad-  
huc nō putamus infelicia esse tépora, in quibus tantus est abu-  
sus optimarū rerum in pessimas res nobis uersarum. Itaq; istam  
**Conclu.** ut iacet, non omnino teneo, sed ex magna parte nego

#### C O N C L V S I O      XXXIX.

Difficillimū est etiā doctissimis Theologis, simul extolle-  
re ueniarū largitatē, & cōtritionis ueritatē, coram populo.  
Ratio huius est sequens conclusio.

#### C O N C L V S I O      XL.

Contributionis ueritas poenas quærit & amat, ueniarum  
autem largitas odisse facit, saltem occasione.

DA uerū pœnitentē, & uidebis eum tam ardenter in seipso  
quærere ultiōne offensiōis diuinæ, ut cogat te sui misereri, imo  
ut necessariū sit ei resistere, ne destruat sele, ut s̄epe legimus & ui-  
dimus contigisse. Et B. Hiero, talē scribit suā Paulā fuisse, & ipse  
met de seipso. Nihil istic est satis pœnarū. Quin cū filio prodigo  
intuocant coelū & terrā, & deū ipsum contra seiplos, sicut & Da-  
uid quando dixit, Vertatur obsecro gladius tuus in me & in do-  
mum patris mei. Reste ergo me puto dixisse, Pœnitentias Ca-  
nonicas īs tantū impositas, qui uel nollent meliora facere, ut pi-  
gti, uel certe ut explorarent de ueritate cōtritiōis suarū. Patet itaq;  
difficile sit saltē doctis, inter odiū & amorē pœnarū medios  
ire, ut sic doceant odiū earū, ut tamē maxime p̄suadeant amore.